



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

I. Quod non debet inquiri, cuiusmodi actio intendatur, sed primo rei veritas inquiratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1179. * 600
ge viri, & in Domino nubat cui voluerit; per sententiam & auctoritatem Apostoli infamia aboletur.*

DE APPELLATIONIBVS. PAR. X.

CAP. I.

*Alexander III. * Exoniensi episcopo & decano Lincolnensi.*

DILECTI filii nostri prior & canonici de * Gisebuir, grauem admodum & difficilem nobis querimoniam transmiserunt, quod venerabilis frater noster R. Eboracensis archiepiscopus apostolicæ sedis legatus, eundem priorem post appellationem ad nos factam suspendit, & ecclesias suas interdixit, & canonicos, si eidem tamquam priori obedirent, tamquam excommunicatos denuntiavit. *Et infra:* Super quibus autem omnibus rei veritatem per idoneas personas & famam loci solícite inquiratis, & si ita esse inueneritis, ecclesiarum concessiones taliter factas, nisi prior & canonici malitiose distulerint eas, quantum ad se pertinent, ordinare, nullius appellatione obstante, auctoritate nostra reuocetis in irritum: & priori & canonicis ecclesias ipsas restitui facientes, tam vicarios, quam iuratos eorundem canonicorum, iuramentum præstitum seruare cogatis, nisi fuerit a priore inique extortum. *Et infra:* Prouisuri attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actio intendatur inquiratis: sed simpliciter & pure factum ipsum & rei veritatem, secundum formam Canonum & statuta sanctorum patrum, inuestigetis.

CAP. II. *Idem Rhemensis archiepiscopo.*

Super eo quod abbas sancti Apollinaris in claustro a te appellans, imposuit generalem super omnem causam, quæ aliquo tempore aduersus eum posset moueri, ipsum exinde redarguimus, nec huiusmodi appellationem ducimus admittendam.

CAP. III. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Quod vero quæsiuisti, an debeat appellationi deferri, vbi sub eius prætextu noscatur adulterium vel aliud crimen committendum, consultationi tuæ taliter responde-